INDEX

RERUM MEMORABILIUM

QUÆ IN HOC POSTERIORE COMMENTARIORUM TOMO CONTINENTUR.

A.

Aaroni quomodo vitam Deus prorogarit, et honorem contra æmulos defenderit, *pag.* 571, *col.* 2. ejus variæ dotes, *ibid.* et seqq.

Ab mensis Hebræorum quintus respondet nostro partim julio, partim augusto, 439, 1; 446, 1.

Abdias quando cœperit prophetare, et quid prophetet, 1, 1. an fuerit discipulus Eliæ, *ibid.* an fuerit tertius pentacontarchus ab Ochozia ad Eliam missus, *ibid.* an idem cum Abdia misso ad docendum in civitatibus Juda, *ibid.* 2. fuit cœvus Oseæ, Amos, Joeli, Michææ, 2, 1. sub tempora Jeremiæ prophetavit, *ibid.* an fuerit Idumæus, *ibid.* 2. fuit Sichimita, 3, 1. ejus sepulcrum ubi, *ibid.* fuit typus Christi, *ibid.* est omnium Prophetarum minimus et brevissimus, *ibid.* 2. ejus brevitatis elogium, *ibid.*

Abdiæ prophetæ duo fuerunt, 199, 2.

Abesson judex et princeps Israelis, fuit Bethlehemites, 112, 2.

Abietes symbolum sunt præfectorum et rectorum minorum, 485, 2.

Abnegatio sui interimit animi tristitiam, 370, 2.

Abominatio desolationis, fuit idolum ab Antiocho Epiphane in templo collocatum, 537, 2. abominationes in Scriptura vocantur idola et idolothyta, 456, 1.

Abraham secutus est Deum vocantem, 31, 1. unde dictus Hebræus, 35, 1. unde nomen acceperit, 151, 2. ei cur propheta Michæas det misericordiam, veritatem Jacobo, *ibid.* et 152, 1.

Abraham fuit atlas Sodomæ, 618, 1. ejus benedictio quid anagogice fuerit, 588, 1. est communis omnium Judæorum pater, 575, 2.

Abundantiæ et prosperitatis causa et symbolum est pax, 445, 1.

Abyssini vocantur Æthiopes græce et latine, 304, 2.

Abyssus vocatur aqua carens fundo, 42, 1.

Acacis episcopi in concilio Nicæno zelus et durities in errantibus in fide ad pœnitentiam recipiendis, 57, 2.

Academia Hierosolymis an fuerit in porta secunda, 279, 1.

Accaronitæ victi a Machabæis, pacifice inter Judæos habitarunt, et Judæi inter eos, 456, 2.

Acedi emblema, 420, 1. eos quam acriter Christus in die judicii correpturus sit, 495, 2.

Actiaco bello confecto Augustus factus est orbis monarcha, 334, 1.

Actio in se levis gratior est Deo facta excellenter, quam excellens in se facta leviter, 136, 1.

Aczib fuit nomen proprium urbis in tribu Juda, 76, 1. fuit et alia Achseph vel Acziba, urbs potens et maritima non longe a Tyro, *ibid.*

Adad civis Remmon occisus in Mageddo, an omnium planctum excitarit, 513, 2.

Adadremmon urbs quæ, et ubi sita, unde dicta sit, 513, 2.

Adalberti (S.) Pragensis episcopi elogium, 499, 1.

Adam quomodo dextram suam diabolo dederit, 383, 1. velut luna est, Christus sol, 608, 2.

Adamantis duritiei, 440, 2.

Addo fuit avus Zachariæ, 360, 1. est alius ab Addo Vidente, qui scripsit chronica regum Juda, nisi fuerit atavus sextus Zachariæ, *ibid.*

Adonidem quare plangeret Venus, et is planctus quotannis recoleretur, 513, 2.

Adonis quamdiu steterit in sancta spelunca Bethlehem ab Adriano imperatore erectus, 114, 2.

Adversa omnia sunt velut sigillum Christi, 331, 2. adversis, ut igne aurum, electi probantur, 523, 1, 2.

Ædificare civitatem in sanguinibus quid sit, 230, 2.

Ædituos dictus quasi sacræ ædis tutor; idem dictus æditimus, quasi ædis intimus, 274, 1. templa singula jam Romæ suos habent ædituos; quod horum officium : hebraice æditui dicuntur *Kemarim*, id est thuraficatores, quod eorum officium, *ibid.* alia quoque diversa *Kemarim* sonat, *ibid.* quod horum esset munus, *ibid.* 2. erant alii a sacerdotibus, iisque subserviebant, *ibid.* alia eorum munia, *ibid.*

Ægyptii sunt a Noe servituti addicti, 129, 2. in morbis, resectum capillum pro sospitate diis vovebant, 79, 1. olim in mari Rubro ad unum omnes sunt submersi, 17, 1. sua mysteria repræsentabant per hieroglyphica, 341, 2. quo hieroglyphico Deum exprimerent, 391, 1. quotannis arbores et pecora rubrica illinebant adversus incendium et alia incommoda, 178, 2. unde ea superstitio hausta, *ibid.* primum in tabulis arboris quæ papyrus dicitur, scribere cœperunt, 224, 1. eorum sacerdotes tunicas lineas dum sacrificarent, induebant, 274, 1. ii qui cum Pharaone mortui in peccato, descenderunt in tartara, 166, 2.

Ægyptus cur vocetur domus servitutis, 129, 2. pro imbre habet Nili exundationem, 541, 2. est ultra Æthiopiam, 304, 1. Judææ ad austrum est, 430, 1. ejus idola conciderunt, mox ut eam intravit Christus, 383, 2. quando a Romanis, et per quem subacta, 430, 1. carcer Hebræorum fuit, et typus Babylonis carceris Judæorum, et uterque fuit typus peccati, mortis et inferni, cui quasi carceri mancipati erant homines peccatores, 263, 1.

Æneam Judæi censent fuisse Idumæum, 5, 1.

Ænigma sphingis de homine, 218, 1.

Æquanimitas, illustris dos principum et prælatorum est, 489, 2.

Aer et aqua sunt elementa symbola et vicina, 215, 2. æris inspiratione sola multi vixisse traduntur, *ibid.*

Æs duritiei symbolum est, 427, 2.

Ætas integra et dimidia hominis quæ sit, 243, 1. ætas Christi fuit finis sæculorum præcedentium miserorum, et initium sequentium felicissimorum, 242, 2.

Æternitatem concipimus velut ingentem, sed definitum annorum numerum, 97, 2. ejus origo est immutabilitas Dei, 118, 2. æternitas est origo temporum, et propria duratio Dei, *ibid.* æternitas temporum, quæ sit, *ibid.* durationem et quasi ætatem Dei quæ infinito tempori coexterditur, colligit in momentum, *ibid.* non habet finem aut principium, *ibid.* est intrinseca mensura vitæ et existentiæ divinæ, *ibid.* et 119, 1. est duratio quæ nullum habet terminum, 259, 1. ejus hypotyposis et descriptio, 619, 2. æternitas Dei est causa et origo omnium temporum et sæculorum, 253, 2. æternitas est axis sæculorum, 254, 1. Deus est ipsa æternitas in se, 254, 2.

Æternum in Scriptura quomodo sumatur, 2, 1. æternum Hebræis significat, quod in genere suo magnum est, 212, 2. item misericordem, *ibid.* æternorum recta intentio, studiosa meditatio, limpida contemplatio, charitativa affectio, occulta revelatio, experimentalis quædam prægustatio, meritoria operatio, sunt septem mystica itinera æternitatis, ad ingrediendum intrinsecum secretum et æternum, 255, 1, 2.

Æthiopia vicina et adjacens est Alexandriæ, 193, 1. eam vastavit Nabuchodonosor post excisam Judæam : item Cyrus et Cambyses ; sita est trans Ægyptum : quando infesta fuerit Judæis, 203, 2. Æthiopia Africana duplex est, *ibid.* unde sic dicta, *ibid.*

Æthiopes duplices, Orientales, scilicet Madianitæ; et Occidentales, scilicet Abyssini, 256, 1. Æthiopes typi sunt dæmonum et impiorum, *ibid.* Æthiopes baptizatis mox dant Eucharistiam, 474, 2. Æthiopis forma dæmon sæpe viris sanctis apparuit, 293, 1. Æthiopes tamen dæmonem pingunt album, quia suus ipsis placet color, *ibid.* Æthiops, filius Vulcani, Æthiopiam denominavit, 304, 2.

Ævum habet principium, sed caret fine, 118, 2.

Affabilitas decet prælatos et principes, 489, 1.

Affectus erga Venerabilem Eucharistiam quotidie renovandus, 469, 1. affectus conjugum mutuus esse debet, 579, 2.

Afflictio est caminus Dei ad excoquendos suos, 590, 2. afflictio piorum non diu durabit, 610, 1, 2.

Afflictio Jonæ unde orta est, 57, 1, 2.

Afflictis consolatio est videre quod Deus ipsorum injurias ulciscatur, 163, 2.

Africa circumnavigando ex Lusitania in Indiam navigare volentibus, 304, 2.

Aggæus propheta quis ; quid ejus nomen sonet, quando prophetarit, 313, 1; 316, 1, 2. ejus argumentum, 313, 2. ejus ingens animus, *ibid.* quot annis ejus prophetia de Christo eum antecesserit, *ibid.*; 351, 2. ejus prophetiæ partitio, 314, 1. an fuerit angelus incarnatus, *ibid.*; 327, 2; 547, 2. ejus vitæ synopsis, 314, 1. est natus in Babylone, 314, 1. juvenis rediit cum cæteris Judæis in Jerusalem, *ibid.* an psalmos aliquos composuerit, an vero tantum populus eos cecinerit, Aggæo præeunte, *ibid.* quando Judæos ad templi fabricam sit adhortatus, 316, 1, 2; 329, 2. cur vocetur nuntius Domini, 327, 2.

Agger dicitur aggerata, id est congesta, terra, 211, 2. aggere comportato capta Tyrus est, *ibid.* per aggeres quoque obsidentur et oppugnantur urbes, *ibid.*

Agilitatis dos in beatis similis angelis futura, 612, 1. hæc eos agilime per excelsa cœlorum transire, imo transvolare facit, 267, 1.

Agnes (S.) Christum sponsum omnibus aliis præposuit, 577, 1, 2. statura exili fuit, 405, 2.

Agni ovium qui dicantur, 195, 1, 2. agnus quomodo ab origine mundi occisus dicatur, cum tunc nondum exstaret, 117, 1. agnus paschalis in quo fuerit figura Christi, 458, 1.

Agricolæ Dei cultum, templa, missas et festa negligentes puniuntur sterilitate, 323, 1, 2.

Agris per hiemem conducit serenitas, in vere pluvia, 477, 1.

Akibas rector scholæ Scribarum et Pharisæorum illustris, 513, 2.

Ain et *aleph* litteræ subinde commutantur, 73, 1, 2.

Al articulum Arabes nominibus passim præponunt, 209, 1.

Albæ victimæ Apollini immolabantur, 557, 2.

Albati aurigæ quales essent Romæ in ludis Circensibus, 429, 1. colore hoc aerem repræsentabant, *ibid.*

Albi equi Zachariæ visi indicant gentes Judæis propitias, 365, 1, 2. — *Vide* Equus.

Alcimus templum profanans percussus paralysi, graviter tortus interiit, 504, 1.

Alcoranum Mahometanorum ex fabulis Judæorum et aliis novis consarcinatum est, 309, 2. id jubet Turcas armis sectam suam propagare, 428, 2.

Alemanus proprie quid sit ex vi verbi, 17, 2.

Alexandriæ cognomentum est Amon, 190, 3; 192, 1. coluit idolum Tammuz, 191, 1. ejus situs, *ibid.* primo olim dicta fuit Noz ab Alexandro Magno amplificata, dicta est Alexandria, *ibid.* quando a Nabuchodonosore eversa, *ibid.* 2. ejus splendor, opes, forma, magnitudo, munitio, celebritas, *ibid.*; 191, 2; 192, 2. prodigium in ejus structura quod contigerit : ejus portus : quis ejus proventus e vectigalibus et annona, 32, 2. ejus ædificia superba, 191, 2. postea ob plebis sanctimoniam dicta est paradisus Domini, *ibid.* cur ei, licet hostili, Augustus imperator pepercerit, *ibid.* S. Marcus urbem christianæ fidei asseruit, scholam Ecclesiasticam illic instituit, *ibid.* varii ejus scholæ præfecti et studiosi, 193, 1. ab ortu et occasu cingitur Nilo, 192, 2. abundat aquis circumquaque : quantæ ei inde accedant merces et lucra, 193, 1. vicinos habet Æthiopas, Abyssinos et Libyes, *ibid.*

Alexander Jannæus, Simonis Machabæi nepos, urbem Gazam cepit et diruit, 454, 2.

Alexander Magnus non intelligitur per virum inter myrteta stantem, 366, 1. nec ejus successores per equos rufos, albos, varios a Zacharia visos, *ibid.* fuit belli fulmen, cur pardo comparetur, 208, 1. qua via orbis imperium pararit, *ibid.* in Scriptura vocatur hircus capraruin, quia erat adhuc juvenis, 193, 2. apud Arbellam Darium profligavit, et ibidem rex Asiæ proclamatus est; mox Babylonem ingressus est, 430, 1. quanta in rebus omnibus spe niteretur, 226, 2. an mare Pamphyliæ sicco pede transierit, 482, 2 ex levitate vestem patriam mutavit, 277, 1. quo omine Gazam expugnarit, 455, 1. quomodo fuerit spurius, *ibid.* et 2. Jaddum pontificem Judæorum pronus adoravit, 347, 1; 428, 1; 456, 1. 457, 1; 463, 2. ejus propensio in Judæos, 347, 1. ejus insatiabilis ambitio, 221, 2. ejus victoriæ variæ in Asia, 450, 1. 2. laboriose Tyrum subegit, *ibid.*

Alexandro Severo sortes imperium denuntiarunt, 34, 1.

Alienigenæ uxores faciunt viros apostatare a Deo, 576, 1. 580, 1.

Allelnia an primus in Jerusalem cantarit Aggæus, 314, 2.

Aloysius Gonzaga (B.) quam sollicite ambularit cum Deo, ejus in oratione attentio, 135, 2. nullam in oratione distractionem mentis patiebatur, 235, 1.

Alpes quomodo sint aggeres Italiæ, 211, 2.

Alphonsi VIII regis Castellæ victoriæ de Saracenis ex Venerabilis Eucharistiæ, 472, 2.

Alta exposita sunt ruinæ, 378, 1.

Altaria nostra sunt schema præsepii in quo reclinatus est Christus, 115, 2.

Alveus maris Rubri siccati quare vocetur a Propheta lutum, 263, 2.

Amalthea capra Jovis fuit nutrix, 413, 1.

Amans Deum quid amet et quantum amet, 337, 1.

Amaricour cur dictus pons quidam Leodii, 74, 1.

Amathi pater fuit Jonæ prophetæ, 26, 1, 2.

Ambitionis quanta sit vis, 221, 2. quasi vinum inebriat hominem, 228, 1.

Ambrosius (S.) monitus a quoquam, gratias monitori agebat, 552, 1. pueri voce designatus est archiepiscopus Mediolani, 593, 2. pœnitentes audiens, iis collacrymabatur, 592, 1.

Ambulandi cum Deo sollicitudo quid requirat, 134, 1, 2. praxis et modus ita ambulandi per sex alas, 136, 1. ambulare cum Deo quid sit, *ibid.* quomodo huchomo perventurus sit, *ibid.* 2.

Amicis regum olim dabatur annulus regius, 348, 2. amici veri proprietates, 608, 1. ab amicis vexari vexatio gravissima est, 518, 2. amici veri typus est sol, 608, 1.

Ammonitæ quando Idumæos invaserint, 10, 1. quando a reliquis Judæorum direpti sint, et ad veri Dei cultum compulsi, 292, 1.

Amon est cognomen Alexandriæ, cur, 199, 2.

Amor Dei, quomodo animam mox immutet, 66, 1.

Amore regendi subditi et pœnis, 488, 12. amor omnia vincit; et quomodo hoc symbolice a Gentilibus expressum, 236, 2. amor omnis ponderis libramentum est, et pondus cordis, 252, 1; 569, 2. transformat amantem in similitudinem amati, etiam quantum ad operationes urduus, 235, 1. amorem nostrum excitat et accendit Venerabilis Eucharistia, 469, 1, 2. amoris Christi erga nos magnitudo, 517, 1; 520, 1, 2. is quam ignens in nos sagittas jaciat, 251, 2. amorem amori Christo qui rependant, 519, 1, 2. quomodo is rependendus, 520, 1, 2.

Amos patriarcha Hierosolymitanus quam onus episcopatus exhorruerit, 593, 1.

Amphilochius (S.) ab angelis Iconii episcopus est consecratus, 593, 2.

Amphora est mensura capiens tres modios frumenti, decima pars ephi vel cori, 416, 2. qualis mensura Romanis esset, *ibid.* amphora quam vidit Zacharias, significat mensuram peccatorum Judæorum, punitioni eorumdem a Deo decretam, quam sensim impleta Judæi puniti sunt, *ibid.* ad quos respiciat, 417, 1, 2. quid significet, *ibid.* tria portendit, 416, 2; 422, 2. significato pene eadem est cum libro volante, *ibid.*

Amri pater Achab rex Israel idololatriam sæpe a Deo successum renovavit et amplificavit, 139, 1.

Anabaptistæ cur parvulos non baptizent ante usum rationis, 61, 1.

Anachoretæ unde dicti sunt ascetæ, id est exercitatores, 20, 1.

Anathematis impiorum et beatorum quæ sit differentia, 519, 1.

Anatolè proprie de ortu solis dicitur, 389, 1.

Anaxagoras dixit solem esse lapidem ardentem, et ideo exsilio est mulctatus, 607, 2.

Anaxarchus in pila tusus quid tyranno respondit, 281, 1.

Andromedæ fabulam poetæ ex historia Jonæ sumpserunt, 32, 1. fingitur in Joppe alligata fuisse saxo, ut a marina bellua voraretur, sed a Perseo liberata *ibid.*

Andronitis dicebatur pars domus viris deputata, 513, 2.

Angelus Romæ gladium visus est in vaginam recondere, cum civitas ad vitæ emendationem redisset, in inguinariis hue, 51, 1. angelus inter myrteta Zachariæ cur apparuerit, 363, 2 et seq. quomodo mystice inter myrteta stet, *ibid.* fuit hic S. Michael, 366, 1. angelus in columna nubis et ignis castra Hebræorum deducens, quomodo vocetur equus, 263, 2. angelus cur aliquando in Scriptura vocetur Deus, 333, 2. angeli nomine cur dictus Aggæus et Joannes Baptista, 327, 2. hic ob octo analogias vocatur angelus, 383, 1, 2. angelum malum an quisque habeat, atque is ei a Lucifero assignetur, 382, 1, 2. angelus an Zachariæ loqueretur interius mentali vel imaginaria inspiratione, 366, 2.

Anglici an non sint in loco nisi per operationem, 65, 2. in hominum custodia, nec merentur, nec demerentur, 128, 1. sunt legati Dei, 6, 2. an adhuc incerti sint de sua salute et beatitudine, 128, 1. angeli quamlibet induere formam possunt, 363, 1. angelis sacerdotes assimilantur variis de causis, 573, 1, 2. eorum munia sunt tria, purgare, illuminare, perficere, *ibid.* 2. eorum est in sanctitate perseverare, *ibid.* inter eos versatur sacerdos, 387, 1. angeli recreantur sanctis sermonibus, 311, 1. lacernis assimilantur, 398, 1, sunt milites Dei, pro eoque pugnant, 532, 2. sunt Dei ministri, 498, 1. eorum symbola sunt ignis lampades, stellæ, fulgura, *ibid.* afflictis præsto esse solent, 362, 1. possunt esse simul advocati et judices, 380, 2. sæpe in templis vigilare conspecti sunt, 353, 1. cur vocentur oculi, 390, 1 Christo tum in passione, tum alias sæpe ministrarunt, 332, 1. quomodo fiant semihomines, 215, 2. eorum nulli incarnati fuere, 585, 1. eos an fuerit possibile carnem assumere, 547, 1. apparuere pastoribus ea ipsa hora qua natus est Christus, 332, 2. eorum perspicacitas et subtilitas, 283, 1. eorum magna vis et potentia est in omnes reges et regna, 370, 1. eorum conspectus quam olim esset terribilis, *ibid.* angeli quatuor tutores Jerusalem et Judææ, cur vocentur fabri, 369, 2. angeli septem primarii tutores Ecclesiæ sunt, 390, 2. quando eorum Scriptura primum meminerit, 391, 1. hi per septem lampades, sive luminaria, et per septem agni oculos repræsentantur, 408, 1. angeli tutelares Judæorum an per quatuor quadrigas denotentur, 426, 1. angeli tutelares sunt murus igneus Ecclesiæ et quorumlibet fidelium, 374, 1. hi verisimiliter exercent judicium particulare cujusque, 511, 1.

Angulus metaphorice vocatur princeps, 479, 1. anguli cur vocentur arces et munitiones, 300, 1.

Angustiæ dies cur vocetur dies judicii, 284, 2.

Anima et caro tropologice sunt Jacob et Esau, 5, 2.

Anima est turris gregis et filia Sion et Ophel, 101, 1. quomodo ipsa arida, squalens et sitiens dici queat, *ibid.* est velut urbs eversa, 94, 2. anima per antiphrasin aliquando ponitur pro cadavere, 62, 2; 344, 2. animæ vita est pietas, quam tollit mors, id est impietas, 420, 1. anima est tropologice currus, et quinam ejus equi, 258, 2. anima per virtutes et cruces cælanda et expolianda, 393, 1; 559, 1. anima Christi quam perfecte a Spiritu Sancto cælata, ornata, verboque adaptata sit, 392, 2. anima sancta allegorice est terra desiderabilis, 601, 2. est Deo nupta, 577, 1. cœlum est, 393, 2. ab angelis sæpe visitatur, 352, 2; 353, 1. eam decet sanctitudo, *ibid.* in ea non minus Deus sacrificiis, votis et oblationibus colitur, quam in templo, 354, 1. in ea Deus præsens est et præsidet, *ibid.* in ea substantialiter Deus habitat, *ibid.* et 2. digne cum Deo conversetur, *ibid.* animæ beatæ sanitas erit triplex, 610, 2. anima peccatrix est plena mendacii, 187, 2. animæ peccantium sunt quasi ficus et grossi in os diaboli cadentes, 194, 1. animas ante Christi mortem ivisse ad cœlum docent Calvinistæ, 461, 1.

Animas qui curant, periculis a Deo eximuntur, 45, 1, 2. eas convertere volens, siren sit oportet, 71, 1.

Animalia duo, in quorum medio cognoscendum Christum Propheta ait, quid sint et quid significent, 244, 2 et seq. animalia in pavore et periculis condensantur, cur, 539, 2. omnes animalium species quæ sunt in terra, proportionaliter sunt et in mari, 214, 2.

Animus divinus in cœlo est, 271, 2.

Annas et Caiphas fuere pastores perversi, 497, 2.

Annulo ferreo olim usi Romani, postea aureo, 183, 1. eo edicta, litteras, arcas, secreta, testamenta obsignabant; erat hoc sigillum annuli in pala jaspidi aut alii gemmæ incisum, 348, 1. in digito cur is gestaretur, *ibid.* dabatur legatis missis ad exteras gentes, tum honoris, tum auctoritatis et fidei eis conciliandæ causa; item victoribus et triumphantibus, sed maxime amicis, *ibid.* 2. inter sponsos erat signum conjugii ac mutui amoris, *ibid.* est signum fidei conjugalis *ibid.* gratiæ habitus est symbolum et causa prudentiæ, *ibid.* varii annuli tum magici, tum artificiosi, recensentur, *ibid.*

Anno lunari utebantur Judæi, is undecim diebus minor est anno solari; quomodo eum solari anno æquarent, 216, 2; 317, 1. bi annum et menses duplices habebant, *ibid.* anno sacro utebantur ad festa et res sacras; quando is inciperet, quis primus ejus mensis, 317, 1; 316, 2; 361, 1. 446, 1, 2; profanus quando inciperet, 317, 1. annus sæpe capitur proclade insigni quæ tali anno contigit, 242, 1. annus cum hominibus bene peccat, tum et pisces bene degunt, 216, 1. an tot anni futuri sint post incarnationem Christi, quot ante eam præcessere, 243, 1. templum est desolatum undecim annis post captivitatem Babylonicam, 316, 2. anni 70 desolationis templi et urbis quando incipiant et finiantur, 367, 2 et seq.

Antichristus colet deum Maozim, id est fortitudinem, 220, 1. eum et impios quomodo Christus in fine sæculi per plagas horrendas perditurus sit, 257, 2; 539, 1. per tres annos cum dimidio Ecclesiam opprimet, 404, 1. an in Babylone regnum sit inchoaturus, 422, 1. an illic nasciturus sit, *ibid.* ejus typus fuit Nabuchodonosor, *ibid.* 2. occidetur a Christo, *ibid.* in christianos sævus, in Judæos benignus futurus est: ejus mors et scelera describuntur, 497, 2. voleta suis ut numen adorari, *ibid.*; 498, 1. qui ejus fuerint apud Judæos prodromi, 497, 1, 2. ejus persecutio quam gravis futura sit, 526, 1. 2. hujus typus fuit Antiochi et Pharaonis persecutio, 527, 1. ex monte Oliveti deturbabitur in tartara, 530, 2; 532, 2. Judæis erit angelus testamenti, sed falso, 422, 2; 587, 2.

Antiochus Epiphanes posteris Alexandri in regno Asiæ et Syriæ successit, 463, 2. quam miserabili morte sit exstinctus, 322, 1; 504, 1; 538, 2. ejus persecutio fuit modici temporis, 428, 1.

Antiochus Sidetes Judæam vexans repente divinitus tactus fudere inito recessit, 504, 1.

Antistites omnes Christo comparati parvi sunt et umbræ dumtaxat, 319, 2. — *Vide* Prælati,

Antoninus (S.) archiepiscopus Florentinus corpore perquam fuit exiguus, monstrum tamen memoriæ, doctrinæ, sanctitatis, 405, 2.

Antonius (S.) Deo vidente cum dæmonibus luctabatur, 308, 1. suos monuit, ut semper sibi persuaderent illum diem vitæ ultimum fore, 294, 1; 619, 2.

Anser viridi ægri sanantur pisces, 216, 2.

Apollinis et citharam et sagittas tenentis quod sit hieroglyphicum, 520, 1.

Apostoli propter unum Judam tempestate jactati sunt, 32, 2. cur, Christo eunte ad passionem dormierint, 33, 1. sunt salvatores Israelis, cur, 20, 2. vocantem Christum sunt salvatores sequti sunt, 81, 1. quomodo e Judæa in Hispaniam mystice excurrent, atque inde in Africam, Brasiliam, Americam, Æthiopiam, ut incolas Christo subjiciant, 89, 1. Apostoli gentes vicinas Judææ Evangelio primitiali subjecere, instar Jonæ missi in Niniven, missi sunt in orbem universum, eumque Christo subjecerunt, 28, 1. Apostoli et viri apostolici sunt velut pastores et principes Ecclesiæ, 123, 1. apostoli quomodo sint duces Judæ, 505, 1. ignitæ fuere et ardentes, *ibid.* quibus instrumentis orbem in sagenam Christi pertraxerint, 215, 2. sunt patriarchæ novi Testamenti, 465, 1. globis assimilantur, *ibid.* 2. doctrina sua mundum illustrarunt, 398, 2. quomodo vere Judæi mystice fuerint, 448, 1. quomodo familia et domus David vocentur, 505, 1. verbis et opere prædicaverunt, 318, 1. arcubus comparantur, 463, 2. fuere eorum plerique e decem tribubus, *ibid.* sunt quasi sagittæ potentis, *ibid.* sunt quasi quadriga Christi, 258, 1; 428, 2. equis generosis assimilantur, 478, 1. sunt nives, 428, 2. venti, fulgura, 476, 2; 477, 1. fuere viri pontifices, venti, 387, 2. per equos rufos mystice repræsentantur, *ibid.* 387, 2. per equos rufos mystice repræsentantur, *ibid.* 428, 1. quomodo sint mystice filii Levi, 502, 1. ipsis Christus subjecit omnes gentes, 378, 1. eorum fuga in passione Christi, 532, 2. eos Græciam Christi fidei subjugaturos a Prophetis prædicitur, 463, 2. eos Christus per orbem dispersit, horum filii sunt viri apostolici et prædicatores, 505, 2. ipsis Deus iter difficultatum pervium velut fecit ad orbem totum Evangelio subjiciendum, 262, 2; 483, 2. ipsis quomodo Christus sit cooperatus, 400, 2. eorum de vitiis et idololatria victoria, 454, 1, 2. eorum sermones ardentes fuere quasi lapides fundæ, 464, 2. eorum zelus et victoria, *ibid.* fuere quasi grex electus a Deo, *ibid.* item lapides primarii, 465, 2. et sancti, *ibid.*

Appion ab Homero evocato ab inferis quid petierit, 310, 1.

Aqua symbolum est refrigerii et consolationis, 461, 2. aquæ symbolum sunt populi copiosi, 181, 1; 482, 1. aqua maris salsa quomodo pisces nutriri queant, 214, 2 aqua est aer crassior, 215, 1. aqua expiationis apud Judæos tollebatur omnis immunditia legalis, 517, 2. est hæc typus sanguinis Christi, *ibid.* Aqua virgo Romæ omnem aliam aquam refugit, 473, 1. aquæ vivæ vocantur fontanæ, 534, 2. aquæductus Judæorum et Romanorum fuere ut miracula, *ibid.*

Aquæ quomodo Jonam pervaderent et penetrarunt, 41, 2.

Aquila toto corpore depilatur, cum senescit, 79, 2. an solo capite decalvatur, *ibid.* cum ei defluunt pennæ, infirma est, et se abscondit, *ibid.* ipsa se depilans et renovans symbolum est pœnitentis, *ibid.* et peccatoris ac resurgentium ad gloriam, *ibid.* aquilæ in montibus an nidificent, 7, 2. iis assimilantur sapientes superbi, 8, 1. earum rapacitas, 210, 1, 2. eas Chaldæi, et postea Romani, in vexillis præferebant, *ibid.*

Aquilifer Romanis vocabatur ipse signifer, *ibid.*

Aquilo et auster quid symbolice denotent, 531, 1. aquilo est sinistra pars mundi, et symbolum infelicitatis et malorum, quia frigidus, 248, 1. in Italia et Romæ ventus hic salutifer est, *ibid.*

Arabes latrociniis erant infames, 208, 2.

Arabia Judææ erat ad austrum, 248, 1. eam Scriptura vocat nomine Æthiopiæ, 304, 2. ejus flumina, *ibid.*

Arateum olim circum urbem ædificando ducebant, et eidem jam eversæ idem inducebant, 93, 2.

Arbaces fuit rex Assyriorum, post Sardanapalum, 52, 1, 2.

Arbitrio nostro inest salus et damnatio nostra, 619, 1.

Arcæ testamenti quasi currui bellico gloriæ suæ Cherubinis stipatus Deus insidebat, 257, 2. erat hæc velut quadriga, *ibid.* vocatur gloria populi Israel, 374, 2. arca Mosis non fuit in secundo templo, sed ad ejus imitationem effecta alia a Judæis, 325, 2.

Arcana Dei judicia non sunt scrutanda, 203, 1.

Arces nidi sunt tyrannorum, 8, 1.

Architecti libella cur utantur, 369, 1.

Arcus magni pedibus intenduntur, 462, 2.

Areopagitæ judices noctu cur judicarent, 575, 1.

Argenteus olim fuit medium sicli, et duplum denarii, 492, 2.

Argentum omne Dei quomodo sit, 338, 1, 2.

Ariani, Christi divinitatem et æternitatem negabant, 117, 2. eorum schisma cœlesti prodigio prænotatum fuit, 529, 2.

Arius Christi divinitatem negans fuit instar cornu Ecclesiam impetentis, succisum id a Concilio Nicæno, 371, 2. ejus dira et feralis mors, 539, 1.

Arius philosophus professor Alexandrinus in causa fuit, cur Alexandriæ victæ parceret Augustus, 191, 2.

Arietem in obsidione urbium agentes, latebant sub testudine; ejus forma, 480, 2.

Arimazes superbæ ad Alexandrum responsio, 7, 2.

Aristippus philosophus aulas regum sectabatur, 277, 1.

Aristobulus Simonis Machabæi filius Tyrum expugnavit 453, 2. cum Hyrcano de pontificatu decertans causa fuit cur Judæi a Pompeio subacti sint, 486, 2; 496, 1

Arma hostium bello capta Judæi æque ac christiani suspendere solent Deo, ut illi victoriam acceptam referant, 103, 1, 2.
Armus dexter victimæ pacificæ sacerdoti cedebat, quid hoc tropologice declararet, 570, 2.
Artaxerxes ad templum Hierosolymitanum sumptus et oblationes misit, 437, 1.
Artaxerxes Longimanus an fuerit Darius is sub quo prophetavit Aggæus, 346, 1. sextus Persarum rex fuit, *ibid.*
Aries mechanicæ etiam Dei dona sunt, 331, 1.
Asarhaddon rex Assyriorum an fuerit Sardanapalus, 52, 1, 2.
Assarhaddon filius Sennacherib victus est a Merodach Baladan, fuitque ultimus Assyriorum rex, 174, 2. sobolem regni successorem non reliquit, 169, 1. an idem cum Sardanapalo, 172, 2.
Ascalon a Jonatha Machabæo incensa, postea ædificata fuit; illic natus Herodes Magnus; hodie fortissimum Saracenorum propugnaculum est; ejus muros Richardus Anglorum rex restituit, 535, 1. quam Ascalonitæ infideles christianis olim infensi fuerint, *ibid.*
Asina typus est Judæorum oneri legis assuetorum, 459, 1. item animæ mitis et humilis, *ibid.* super asinam Christus sedit in suo triumpho, non asinum, 458, 2. sedit super asinam et super pullum successive, 459, 1. asinus animal pigrum, vorax et lascivum, significat acedos, gulosos, lascivos, 247, 1. asini in Palæstina equis pares sunt velocitate eundi, et eadem officia præstant quæ equi et muli, 459, 1. asinus asina est in remissione operis deterior et pigrior, *ibid.* asinus et bos a quo adducta in stabulum in quo Christus natus est, 245, 1, 2.
Aspicere aliquando sumitur pro delectari, 102, 2.
Aspirationes quædam piæ ad Jesum per diem usurpandæ ex Ludovico Blosio, 337, 2.
Assuerus habebat septem principes sibi proximos et assistentes, 122, 2.
Assuerus et Cyaxares an idem sit rex, 173, 1, 2. Assuerus idem est qui Darius; erat hoc commune Persarum nomen, 363, 1.
Assyrii vocabantur quivis potentes tyranni, sive Græci essent, sive Persæ, 107, 1; 121, 2. significant quoque quoslibet hostes Ecclesiæ, item dæmones, 107, 1; 122, 1. eos intelligit Michæas per *filium latronis* et latrones, 106 1, 2. recensentur, cur equis rufis comparentur, 427, 2. cur a Propheta spinis assimilentur, 167, 2. cur comparentur leonibus, 184, 2. cur columbam colerent, 228, 1. respectu Judææ ad aquilonem siti sunt, 293, 1. eorum reges varii post Sardanapalum recensentur, 154, 1. eorum monarchia quot annis steterit, 175, 2. ipsi cum Babyloniis sæpe ab historicis confunduntur, 173, 1.
Astomi an halitu et odore attracto solum vivant, 245, 1.
Astræa dicuntur quasi ἀστραπή, id est fulgur, 259, 1.
Astrapæ unde dicatur, *ibid.*
Astronomici annuli ad quid formentur, 349, 1.
Astyages filius Cyaxaris regnavit post patrem in Media, 175, 2.
Atargatis erat dea conflata ex muliere et pisce, 219, 2. unde id nomen derivetur; quomodo coleretur, *ibid.* Ate dea e cœlo a Jove deturbata, in terra hominibus nocuit, 252, 2.
Athanasius (S.) fugiens episcopatum ad eumdem vi raptus est, 31, 1; 593, 2. præfuit scholæ Alexandrinæ, 192, 1. præcipuus fuber fuit in Ariana hæresi contundenda, 371, 1.
Athenienses non bene magistratus sorte creabant, 33, 2.
Athenodorus præfuit scholæ Alexandrinæ, 192, 1.
Athletæ cur se ungerent oleo et luto, 229, 1.
Athantes sunt superiores Ecclesiam vel reppublicam portantes, 383, 1; 618, 1.
Attelabus qualis locustarum sit species, 195, 1, 2.
Attributum nullum Dei majestatem magis admirandam facit et reverendam, quam æternitas, 254, 1, 2.
Αὐχμώδης quatuor diversa significat, 99, 1.
Augustinus (S.) quomodo concubinatum et amasiarum consuetudinem excusserit, 88, 1. inimicus fuit dicacitatis mensalis, 168, 1.
Augustus imperator ægre tulit Romanos palliatos incedere, 277, .. quibus de causis pepercerit Alexandrinæ, 191, .. Ægyptiorum in Ægypto monarchiam exstinxit, 436, 1. vidit virginem Deiparam infantem ulnis gestantem; cur puero Hebræo nascituro aram in Capitolio erexerit, 333, 1. an Jani templum ter clauserit, *ibid.* cur amplius Dominus nolluerit nominari, *ibid.* 2. factus orbis monarcha, Christi fuit prænuntius, 460, 1. ejus quod fuerit insigne, 348, 1.
Aurelianus imperator quomodo Romam auxerit, 48, 1.
Aurugo quod vitium segetum sit, 346, 1.
Aurum expurgatur per plumbum, non per stannum, 406, 1. aurum est avari idolum, et cur, 281, 2. omnia expugnat, *ibid.* aurum defodiunt Babytaceni, 182, 2. quando primum Romam invectum, 183, 1. aurum cur palleat, *ibid.* in Utopia Mori non æstimatur, *ibid.* et 2. auri quantum David filio pro templi fabrica reliquerit, 343, 1. templi Salomonici aurum disperiit vel incendio, vel rapina Chaldæorum, *ibid.*
Auster unde hebraice dicatur Theman, 247, 2. cur dextera pars mundi vocetur, *ibid.* symbolum est felicitatis et honorum, 248, 1. in Italia noxius et pestifer est, *ibid.* auster mystice quid sit, *ibid.* 2. est ventus vitalis, calidus et fœcundus, *ibid.*
Australium provinciarum conversio ad Christum in Scriptura prædicta est, 19, 1.
Autumnus tempus fructuum est, 140, 1, 2.
Avari perpetuo somniant de sua pecunia, 21, 2. illis Deus dat opes ad supplicium cupiditatis, 339, 1. avari cor habent in auro: cujus rei exemplum ad litteram refertur, 281, 2.
Avaritia propria mercatorum est, 20, 1. cur vocetur ignis, 137, 2. avaritia mala quæ dicatur a Propheta, 280, 1. quæ avaritia bona sit, *ibid.* 2. avaritiæ quanta sit vis, 221, 1, 2. quasi vinum inebriat hominem, 228, 1. assimilatur amphoræ quam vidit Zacharias, hanc superbia et inanis gloria in altum levant, 423, 2 et seqq. reliquæ visionis partes ei adaptantur, *ibid.* est idolorum servitus, 281, 2. ejus pœna congrua est egestas, 569, 2.
Averruncus quis deus Gentilibus esset, 307, 1.
Averruncare idem est quod avertere. *ibid.*
Aves aliquæ sunt semipisces, quia volant in aere, et natant in aqua, 215, 2. angeli symbolice aves cur dicantur, *ibid.* aves pene omnes cum sole occidente dormiunt, cum oriente canere incipiunt, 609, 2.
Azoto (in) tempore Christi habitarunt Judæi, 455, 1.

B.

Babylon quantæ olim fuerit magnitudinis, 49, 1. quando a Dario Hystaspis expugnata, 375, 1, 2. quomodo ea expugnatio peracta, *ibid.* 2. Babylonis structura quomodo et cur superbiret Nabuchodonosor, 230, 1. ipsa sedes impietatis est, 416, 1. item domus idololatriæ et scelerum, 422, 1, 2.
Babylonii cur in bello vestibus rubris uterentur, 428, 2.
Babytaceni aurum oderant, imo defodiebant ne cui esset noxæ, 182, 2.
Baccæ myrteæ medentur fœtenti halitui, 363, 2
Bacchanalibus grassatur impietas: hinc eo tempore vir boni Dei indignationem precibus avertere satagunt, 423, 2. bacchanalia sugillantur, 503, 2.
Bacchus vites inveniens est noster Noe, 33, 1.
Balaam quid suaserit regi Balac ad perniciem Israelis, 131, 1.
Balæna non fuit cetus qui Jonam devoravit, 38, 1.
Balasasar a Cyro cæsus factus est fabula omnibus gentibus, 229, 1.
Baptismus parvulos justificat ex opere operato, 61, 1. baptismus an sit fons patens domui David, 516, 1.
Baptizatis olim mox a baptismo dabatur Eucharistia, 474, 1. quamdiu is mos durarit, *ibid.*
Barbara (S.) in tormentis semper Deo fisa est, 298, 1.
Barchocebas fuit stultus Judæorum pastor, 497, 2.
Barlaam eremita non alios vitæ annos computabat, quam quos Deo dedicasset, 329, 2.
Basilica quid proprie diceretur, 181, 2. basilicæ Bethlehemiticæ descriptio, 114, 2. Saltanus Ægypti eam exspoliare non est ausus, 115, 1. Turcis et Saracenis etiamnum est venerationi, *ibid.*
Basilius (S.) Alexandriæ eruditus fuit, 192, 1.
Beatorum gaudia in cœlo erunt æterna, 119, 1. in cœlo serviunt Deo labio uno electo, 304, 1. an lingua Hebræa Deum laudent, *ibid.* quos Deo ibi hymnos concinant, 268, 1. sunt peculium Dei, 603, 1, 2. sunt de gloria securi, nihil mali sentiunt, 604, 2. in die judicii cur optabunt egredi cœlo, 379, 2. sunt anathema misericordiæ et gloriæ divinæ, 619, 1, 2. quibus nominibus Deum assidue laudent, 555, 2. stupent Dei gloriam silendo, 235, 1, 2. quomodo saliant, et quo sensu, 612, 1, eorum chori et choreæ, *ibid.* quomodo impios sint conculcaturi, 613, 1.
Bede (Venerabilis) an sit liber *De Divinatione mortis et vitæ*, 34, 1.
Belgii provinciarum præcipuarum elogia, 7, 31.
Bello (in) capti quasi mancipia detondebantur, 78, 1.
Belus cur vocetur sagena Nabuchodonosoris, 259, 2. erat deus Chaldæorum, 220, 1.
Benedictio Abrahæ facta de benedicendis in eo omnibus gentibus, impleta est in Christo, 347, 2. benedictio religiosæ vitæ quæ sit, 353, 1. benedictionis nomine vocatur imber copiosus, 599, 2. benedictio et bona dantur a Deo piis, 347, 1.
Benefactores (tres) Israelis qui, 89, 2.
Beneficentia de inimicis amicos facit, 489, 2. propria prælatorum et principum virtus est, *ibid.*
Beneficia Dei tum generalia, tum peculiaria quam a nobis gratiarum actionem exigant, 268, 1, 2. beneficia Dei in Israelitas collata, 552, 1.
Beneficiis (in) ecclesiasticis dandis illicita sors est, 33, 2.
Benjamin tribus cum Juda in unam rempublicam et Ecclesiam coaluit postea, 378, 2.
Bernardus (S.) quantopere Jesu amore flagraret, 337, 1, 2.
Bestiarum quoque fit raritas vastatis urbibus et locis, 273, 1, 2.
Bethuetsel dupliciter accipi potest, *primo*, ut nomen proprium loci, qui videtur vicinus fuisse Saanan, *secundo*, ut appellativum, significans idem quod domus vicina, 74, 1. tropologice purgatorium notat, 75, 1.
Bethel urbs ubi sita, quæ mira in ea contigerint, 448, 1.
Bethlehem ad austrum est respectu Jerusalem, in ea nascitur præditurus Christus, 248, 2. Bethleem, *id* est domus panis, hoc nomine nuncupata est, partim a fertilitate loci, partim a suo principe Bethleem, 107, 2. ejus situs et amœnitas, *ibid.* tempore Mosis necdum Bethleem vocabatur, cur vero ita in Genesi nominetur, *ibid.* juxta eam est spelunca in qua natus est Christus, 98, 1. erat respectu Jerusalem quasi ruralis pagus et vicus, *ibid.* cur dicta Ephrata prius, *ibid.* quatuor habuit nomina, *ibid.* erat duplex Bethleem, una in Juda, altera in tribu Zabulon, *ibid.* quomodo minima sit, et non minima, 109, 1. quare a Propheta dicatur *parvulus es*, masculine, non *parvula* feminine, *ibid* et 2.

quomodo sit parva in millibus vel principibus Juda, 110, 1. Bethleemi cives multi illustres recensentur, 112, 2. ipsa fuit regiæ stirpis seminarium, in ea Samuel unxit Davidem in regem, *ibid.* unde vocetur civitas David, *ibid.* est totius terræ horreum, quia in ea natus panis mundi, 113, 1. ejus gloria et majestas ex hoc sue cive, *ibid.* SS. Patres eam miris laudibus celebrant, *ibid.* et seqq. in Bethleem apparuit stella stetitque apparens Magis, 114, 2. est mundi oriens, et orbis metropolis, *ibid.* eam Adrianus Imperator profanavit erecto ibidem Adonidis simulacro, *ibid.* ejus schema sunt templa Christianorum, 115, 2. quomodo omnes nos fieri possimus Bethleem. *ibid.*
Bethleem princeps oppido Bethleem nomen suum qua occasione imposuerit; ejus parentes, et stirps numerosa, 107, 2.
Betis Gazæ præfectus a Dario rege constitutus, ab Alexandro, urbe expugnata, circum urbem raptari jussus est, 454, 1.
Bezeta sive Cænopolis, erat nova urbs et extima Jerusalem, 537, 2.
Bibacitas nonnullorum, 233, 2.
Biblia sunt liber sacerdotalis, 572, 2. Bibliorum interpretatio Septuaginta Interpretum Alexandriæ procurante Ptolemæo rege adornata est, 192, 1.
Bibliotheca Alexandrina quot librorum millia habuerit, a quo instituta et aucta, *ibid.*
Bona mundi hujus vix uno die durant, et filia noctis vocari possunt, 59, 1. sæpe illa Deus dat hostibus suis, negat amicis, 204, 2. ad bona temporalia Jacob dilectus fuit præ Esau, 553, 2. quæ bona præstet et præstiterit Jesus, 265, 2. bonum capitur interdum pro fausto et consolatorio, 368, 2. bonum summum quas conditiones habeat, 298, 2. bonum Christi est Eucharistia, 467, 2. bonum oritur ex integra causa, 315, 1.
Bonifacii (S.) de presbyteris sui ævi sententia, 592, 1.
Borith herba fullonum ubi crescat, et quis ejus usus, 591, 1.
Bos jugo assuetus significat Judæos legi subditos, 246, 2. et sua indole stupidos, obstinatos, sævos, *ibid.* boves in calidis regionibus communiter sunt rufi, 362, 1. inter bovem et asinum in præsepio reclinatus est Christus, 246, 1.
Brachia hominis sunt velut alæ, 215, 2. brachium projicere est oratorum, 570, 2.
Brictius (S.) Martino (S.) adversarius initio, postea ei in episcopatu successit, 493, 1.
Brigitta (S.) assidue passionem Domini recolebat, 512, 1.
Bruta quomodo jejunent et cur, in publica pœnitentia, 53, 2.
Bruxellensis fossæ Antuerpiam usque commoditas, 535, 1.
Bucephalus fuit equus Alexandri Magni, an fuerit rufus, unde dictus Bucephalus, 362, 1. ejus descriptio, 478, 2.
Buxus olim serviebat scribentibus, 224, 1.

C.

Cadaver contactum olim omnia tangentia polluebat, 344, 2.
Cæcilia (S.) martyr quam sollicite cum angelo custode et Deo ambularit, 135, 2. api confertur, *ibid.* parva corpore exstitit, 405, 2.
Cæsariem Gentiles in funere tondebant, cur, 78, 2.
Calamitas opportuna est ad audiendum verbum Dei, 361, 2. calamitas publica per Jejunium avertitur, 439, 2.
Calami candelabri cur vocentur rostra, 409, 2. eorum descriptio, 396, 1, 2.
Caleb ex Ephrata uxore primogenitum habuit Bethleem, 108, 1.
Calicum certamen in conviviis quod sit, 233, 2.

Caligo Ophel symbolice significat celsitudinem et caliginem Dei, 99, 1.
Caligula imperator quam in nobiles Romanos injurias fuerit, 106, 1.
Calix voluptatis in calicem fellis transit, 14, 1.
Calliditas facit vafros, subtiles, dolosos, 192, 2.
Callimachus statuarius cur dictus κακόζηλος, 398, 1, 2.
Calor facit mobiles, biliosos, pugnaces, 102, 2.
Calvariæ mons est pars montis Moria, 444, 1. olim erat extra Jerusalem ad occasum, jam intra urbem est, 528, 1, 2. juxta eum Titus urbem obsedit, 529, 1.
Calvini blasphemia in Habacuc prophetam, 218, 2. ejus paralogismus, 345, 1. negat limbum patrum, 461, 1.
Calvitium erat Judæis signum maximi luctus, 78, 2; 398, 2. est proprie capitis, 79, 1, 2.
Cambyses et magi Persarum reges templi fabricam impedire volentes monti magno comparantur, 401, 1.
Canathus fons apud Argivos fabulosus Junonem quotannis virginem reddere ferebatur, 473, 1.
Candelabrum quod Zacharias vidit, non erat idem cum Mosaico, in quo ab eo differret, 395, 1. erat unum ex tribus præcipuis vasis templi, *ibid.* ipsum describitur, 396, 1, et 2 seq.; 407, 1, 2. erat octocalamum et octolustre, 396, 1. ejus lucernæ, calami, infusoria, *ibid.* et 2. quænam ejus expositio symbolica, 397, 2. et seq. an per ipsum repræsentetur solutio captivitatis Babylonicæ, *ibid.* an restauratio reipublicæ per Zorobabel, an templi reædificatio, 398, 1. an prophetia et spiritus Dei, *ibid.* proprie repræsentat Deum, ejusque providentiam, *ibid.* ipsum item est symbolum vitæ, divinæ generationis, animi puritatis, amoris, famæ et gloræ, item divinitatis, *ibid.* repræsentat quoque ipsum templum restaurandum, et cum templo rempublicam Judeorum, *ibid.* 2. fuit candelabrum a Tito Judæis ademptum, *ibid.* cur ipsum Zacharias extra templum videat, 399, 1. allegorice repræsentat Christum ejusque Ecclesiam, *ibid.* 2 et seq.; 395, 2. ejus septem calamorum orificia, in culmine eorum exstantia, habebant speciem oculorum, 407, 1, 2. ejus rostra quæ dicantur, et eorum situs, 409, 2.
Candore quantum prælati et principes evincant, 489, 2.
Canis piscis dorum deglutivit: ejus descriptio, 38, 1, 2. ejus magnitudo, *ibid.*
Canes vocantur capita trabium in fabricis exstantia, 231, 1.
Cantharus vocari potest contextus trabium culmen domus sustinentium, *ibid.*
Canticum Habacuc an litteraliter, an allegorice, an mixtim accipiendum sit, in eo allegoricus sensus præcipue intentus est a Spiritu Sancto, 238; 239. ipsum est partim oratio, partim et magis canticum, *ibid.* an ipse in eo deprecetur veniam sui peccati, an vero peccatorum populi, 239.
Cantorum præfectus cur vocetur hebraice *menatseach*, 267, 2.
Cantus, etsi lugubris, hoc ipso quo cantus, aures delectat, 82, 2.
Capillos resecos veteres diis consecrabant, 79, 1.
Captivitatis Babylonicæ anni LXX quando incipiant et desinant, 367, 2.
Caput maxime sentit totius corporis noxam, 13, 1. a capite ruinam trahunt monasteria, collegia, Ordines, respublicæ, 216, 1. capitis commotio supe afflicto signum est condolentiæ, 190, 2.
Carcharias piscis cur inter cete recenseatur, 38, 2. is fuit a quo Jonas absorptus, *ibid.* ejus vastitas, *ibid.* velocissimus est, 42, 2.
Cardinales cur purpura vestiantur, 178, 2. Cardinales septem diaconi, et septem Cardinales episcopi videntur instituti ad imitationem septem oculorum, quos Zacharias lapidi incisos vidit, 391, 2. Cardinalium qualis vita esse debeat, 392, 1.
Carmen Joræ simile est psalmo LXVIII Davidis, 41, 2.
Caro quam intolerabilis sit Dominus, 21, 1. caro tropologice Idumæa est, 5, 2. caro et spiritus per asinam et pullum, quibus Christus in triumpho insedit, repræsentantur, 459, 2. caro humana præ carne aliorum animalium est sordida, ærumnosa, misera, 385, 1. caro silet a vi et efficacia gratiæ Christi, 379, 1, 2.
Carolus Borromæus (S.) quam certam de Dei ope spem haberet in Dei causa, 227, 1. vitæ et actionum suarum duos serios inspectores constituit, 552, 1.
Carolus Magnus quomodo imperium Romanum auxerit, 430, 2. mirus Romanæ Ecclesiæ et Pontificis cultor fuit, 536, 1.
Caroli V de Gallis et Hispanis inquietis sententia, 102, 2. quam celeriter bellum Germanicum confecerit, 208, 2. ejus annulus horologium integrum inclusum habuit, 349, 1.
Carpi (S.) zelus indiscretus contra peccatores, 57, 2. vidit in spiritu voraginem inferni, 331, 1.
Carthago Hebræis vocatur Tharsis, 22, 2.
Casimiri (S.) Poloni erga Venerabilem Eucharistiam affectus, breve vitæ ejus compendium, et miracula, 473, 2. maluit mori quam castitatem amittere, 473, 2; 601, 2.
Caslen mensis respondet nostro novembri, 438, 1.
Cassius (S.) episcopus Narniensis quotidie celebrabat, 472, 1.
Casti sunt angeli, etiam inter illustrissimos, 985, 2.
Castra aggere, vallo et fossa muniri solent, 311, 2.
Casulacus militibus Venerabilis Eucharistia communitis insignem de hostibus retulit victoriam, 470, 2.
Cataractæ vocantur aquæ ex alto defluentes magno impetu et fragore, ut ruere videantur, item loca in quibus aquæ retinentur et e quibus exeunt, 599, 2. an in cœlo sint cataractæ, *ibid.*
Catenæ carnis et mundi rumpendæ sunt e carcere peccati et diaboli in libertatem filiorum Dei egredi volenti, 88, 1.
Catharina (S.) Alexandrina fuit, et ibidem decollata, lac pro sanguine dedit, 192, 1.
Catharina Senensis (S.) spureis cogitationibus agitata, post victoriam meruit videre Christum, 308, 1. cur Pontifici bellum ut Turcis inferret suaderet, 192, 2. ejus cor præ amore fissum est, 469, 1; 473, 1. ejus orexis erga Venerabilem Eucharistiam, 469, 2. quos ea in ipsa effectus ediderit, 473, 1. ejus cum Christo familiaritas, erga eum amor, stigmata, *ibid.* 1, 2.
Cato (M.) de tribus dolebat, 144, 1. quomodo ad censuram evectus sit, 480, 1. cur de Dei providentia dubitaret, 203, 2.
Caucasi montis quæ sunt portæ ferreæ, 427, 1.
Cauda piscibus velut remo est, 215, 2.
Cedri symbolum sunt Pontificum et principum, 485, 1.
Cedron torrens est inter Jerusalem et montem Oliveti, qui per vallem Josaphat in longum decurrit, 280, 2.
Celeritas in prælis conficiendis multum valet, 208, 1, 2.
Cera olim tabulæ scriptoriæ inducebantur, in iisque stylo scribebatur, 224, 1.
Cerethim vox unde deducatur, et quid significet, 289, 2. an omnes Philistini vocentur Cerethim, an certa eorum regio ad meridiem sita, *ibid.* ita vocati milites prætoriani Davidis, *ibid.* an ab his habitata sit et nominata insula Creta, an vero Cerethim orti a Cretensibus, *ibid.* et 290, 1.
Corona athletarum flebat e luto et oleo, cur, 229, 1.
Cervæ velociores sunt cervis, cur, 266, 2. prudentia cervarum in qua consistat, *ibid.* hinnulum assuefaciunt quo refugere debeat; quomodo pro eo pugnent, *ibid.* cervus mas cum pinguerit, cur secessum petat, *ibid.* natura degener est, *ibid.*
Cervi halitu serpentes e cavernis extrahunt, 150, 2.
Ceti nomen est commune ad omnes pisces grandes et cetaceos, cetus quis proprie sit, 38, 1, 2.—*Vide* Carcharias,

Ceti amant profundum maris, 41, 1. et loca montosa, 42, 2.
Chæronæi ex omnibus diis maxime colnere sceptrum Agamemnonis, 261, 2.
Chaldæus paraphrastes subinde judaizat, 264, 2.
Chaldæi monarchiam Assyriorum ad se transtulere, 121, 2. cur equis rufis assimilentur, 427, 2. Chaldæis an in conviviis usitatum, ut aliorum se crapula, nuditate ac fœditate oblectarent, 232, 1, 2. eorum sævities, voracitas, rapacitas, 210, 2. comparantur leoni, pardo, lupo, *ibid.* quomodo Tyrum expugnarint, 211, 2. eorum imperium corruit in Balsasare, *ibid.* quomodo sint sacerdotes Dei in strage Judæorum, 276, 1. indeque vocantur vocati et sanctificati ab eo, *ibid.* et 2. per portam Piscium primo in urbem Jerusalem irruperunt, 278, 1, 2 et seq. eorum Niniven expugnantium viva hypotyposis, 177, 2; 178, 1, 2 et seq.; 187, 2.
Cham primus regnavit in Ægypto, quæ inde dicta est terra Cham, 260, 2.
Chambalu Tartariæ principis sedes, quot milliaria ambitu suo complectatur, 49, 1.
Chanaan capitur in Scriptura pro mercatore, 284, 1. quia Chananæi olim in mercatura celebres erant, 546, 1.
Chananæus idem est quod mercator, 20, 1. Chananæi an per Germaniam dispersi, 17, 2.
